Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35138
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

Manipulus

penitentia deo reconcilietur. Nota tamen q' agricole qui obseruāt tempora ad seminandū: vel arbores succidendas vel ad similia que certam ⁊ naturalem habent rationem. Et phisici qui ad mecidinas dandas vel minutiones faciēdas et ad similia obseruāt dies certos et tempora non cōdemnantur hic Cum eñ omnia ista inferiora sub sint ꝗtum ad naturam corpoream influentijs corpor superceleſtium non est phibitum: ĩmo est debitus et necessarium respicere habitudines talium. ⁊ attendere influxum stellarum et planetar. Sed cū anima rationalis in nullo subsit influentijs corpor superiorus. dicente Salomone ac etiam Ptolomeo. Anima sapientis dominabit astris. ideo respicere talia in his que a libero arbitrio pcedunt ē supstitiosum et vanum. Unde ex clamore cornicis prenosticare pluuiam futuram non est superstitiosum. cum talia animalia ex dispositione aeris ⁊ mutatione temporis possunt in corporibus suis sentire talē immutationem ⁊c. Notandū etiā q' si aliquis vel aliqua colligat aliquā berbam dicendo simbolus fidei vel orationē dominicas. vt ponat eā sup aliquē infirmus ista intētōe ag̃scat. vt in istis deus creator omnium et deus honoretur. nō reprobatur. dummodo aliqua alia obseruantia supstitiosa nō obseruet vt' imisceatur. xxvi. q. v. non liceat et. q. vij. non obseruetis. Et istud habendum est pro regula generali in materia ista q' omnis iniquisitio que fit p inuocationes demonū tacitam vel expressam quomodocūq; fiat. siue per caracteres siue p figuras siue quocunq; alio modo est in isto precepto prohibita

Sed quid erit de istis coniurationibus in q̃bus ponuntur ⁊ recitantur nomina dei et angelorus in q̃bus ponuntur multa bona verba. Dico q' in talibus est cauendum ne sub specie boni lateat malum. Unde diligenter est aduertēdum ne inter illa nomina immisceantur aliqua nomina ignota que magis sunt nomina demonum ꝗ nomina angelor. Cum eñ fm qd dicit Beda. Nulla sit falsa doctrina que non aliqua vera falsis immisceat. impossibile est q' in istis supstitionibus non admisceantur aliqua vera cum falsis. et aliq̃ bona cum malis. Et qr modicū fermentū totam massam corrumpit. ꝗtumcunq; sint ibi multa bona si sint ibi aliqua mala totum est corruptum ⁊ suspectum. qr etiam sepe angelus malus transfigurat se in angelum lucis. Non est igit facile credendū illis fantasticis q̃ dicūt se videre angelos vel aliquos sanctos. Unde dicit apls. Probate spūs. si ex deo sunt.

Secundū pceptum

Secundum preceptus est Nō assumes nomē dñi dei tui in